

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Petrus Iacobi Arlunensis Iuris [...], Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

I O. REUCHLIN. LIBER PRIMVS

tura & sciētia, & mihi pariter amicissimus. Res nostras si nosse uelis, mortem obiit charissima quondā uxor mea, piorū utinā iūgenda confortio, Consilio tñ amicorū uel si mauis cōsuetudine ipsa uiuē di coactus secundā duxi, ex honesta nec parū antiqua Aurelianensium familia. Quod si ut nunc sunt res nostræ in posterū regantur, nihil est q̄ de fortuna conqueri ausim. Det utinam summus ipse parens prosperum uitæ cursum, exitumq; foelicem & nobis & nostris. Vale uir literatissime. Ex aurelia urbe pridie Kalendas Decembres Anno. M. CCCC. lxxx tertio.

Petrus Iacobi Arlunensis Iuris utriusq; Doctor,
Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

CRebris meis ad te literis q̄ respondeas nihil, totū te Pythagoreū factū putarē, nisi apud A. Gelliū in suis cōmentariis lecti cassem Pythagorā loquēdi nō etiā scribēdi silentiū indixisse. Deus his tuis diuitiis iratus sit, quæ non mō te tibi at amicis potius abdicarunt. An es ignarus quantū studiū, quantā curam, quantam deniq; sollicitudinē in reb⁹ olim tuis præstiterim, sed de his satis ac saper. Non diuitias tuas sed literas peto, quas tandē probris excandescente stomacho extorquebo. Quare id assidue cogites uelim (sic enī Petri te tui ne utiq; capiet obliuio) q̄ Archidamus Agesilai cū a Philippo asperiorē accepisset epistolā respondit, si umbram tuam metiri uolueris (inquit) haud nunc maiorem eā inuenies q̄ esset et aū uictoriā. De libris tantisper scribo nihil, donec id qd̄ sæpe a me peti tum est quibus careas certio rem me effeceris, ne noctuas Athenas mittam. Rescribe igiē si aliud non habeas huius meæ epistolæ in orthographia peccatū. De literarū figura nihil ad Rombū, quando quidem Quintilianum scribendo prope serpētes pinxisse gloriam ex eloquentia sibi non elementorum figura peperisse constat. Datum Papiæ Anno lxxxviii. Kalendis septembribus.

Petrus Iacobi Arlunensis; Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Quod nihil meis proximis ad te literis respōderis, quid causæ sit diuinare nō possū, succēses fortassis mihi, q̄ nihil librorū græcorū miserim, iuste facis, at tu uola sine pennis, quāquidē in aere piscari me iubes, & uenari iaculo ī medio mari Ego certe oīm libroriorū apothecas prætraui, nusquā inueni libros græcos, græcorū uero liberos multos. Adii quoq; interpretes ipsos